Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift

excelsus et significat quia lamentatio persecutio
nis longe lateque sit dispersa. Secundum vero allegoriam
rachel quę ouis dei siue uidens deum interpretatur
significat ecclesiam que tota mentis intentione
deum uidere cupit. Et ipsa est ouis centesima
quam relictis nonaginta nouem ouibus id est ordi
nibus angelorum in cęlo pastor bonus querebat in
terra. Interfectio paruulorum occisionem significat 8
martyrum christi quos ecclesia plorans non uult tempo
ralem consolationem accipere. quia ad istud seculum non
sunt reuersuri qui semel cum christo sunt coronati.
siue interfectores martyrum deplorat quos primum
in filios habere desiderabat et non sunt id est ad
uitam destinati sed ad eternam dampnationem tendunt.
Defuncto autem herode usque et uenit in terram israel.
Hic namque ioseph helyę et enoch et predicatorum noui
ssimi temporis typum tenet qui adeo moniti fi
nito odio iudeorum post ingressum gentium ad
fidem christum iudaico populo predicabunt. Audiens
autem quod archelaus regnaret in iudea usque quo
nazareus uocabitur. Archelai regnum imperium
antichristi significat in sequacibus suis quorum se
consortio iungere timent uere fidi predicatores